

XCVI

135

funt et de matre nullam penitus curā gerunt. quod mater diligēter aduertens. resumptis viribus filios sic pascentes amat et refouet. ingratos vero a se pellens nullis ulterius auxilijs de cetero fouet.

B Secundo quis se patrem ostēdit per eruditionē. Nam et infantū hoc est naturale. quod etiā bruta suos filios docēt. An dicitur de Trundine quod docet pullos suos sterco-
ra eijcere extra nidum. Aquila etiā super pullos suos volans eos ad volandū pro-
uocat. Quae creatura sic diligenter hec facit ut deus qui docet omnē hominem scientiam. nam sicut dicitur in Baruth. hic adiu-
uit omnē viam scientie et de dicit illam iacob puero suo. et israel dilecto suo. Unde ipse dicit Prover. i. Audi fili mi disciplinam patris tui ut addatur gratia capiti tuo et torques collo tuo. Quis nō audiat talē patrem sic vtilia nos docentē. Ipse enim docet nos ut mortē culpe fugiamus. i. Job. ij. Filiioli hec scribo vobis ut non peccetis. Item docet ut vita gratie viuam. Eccl. iij. Sapientia filijs suis vitam inspirat. Item ut ad gloriā venire studeam. Sapientie. xij. bone spei dicit fecisti filios tuos quorum parētibz dedisti iuramenta et puentio nes bonarū promissionū. Nonne igitur est amanda diuini patris eruditio que mortem deuicat. vitā donat. mortuos suscitāt. et ad gloriā nos pducit.

Tercio quis se patrem ostēdit per correctionem. et adeo hoc natura docet ut etiam bruta pullos suos corrigāt. An dicitur de accipitre quod dum videt pullos suos negligere et de nido nolle exire. timēs ne per pigritiam insolescant et sic ad pēdam apti nō fiant eos rostro percūt et ad pēdā ire ppe-llit. De ergo se patrem esse ostēdit dum filios suos castigare non desinit. In hac enim vita sicut pbat experientia magis cōfligunt filij dei quā dyaboli. quia filij dei qui ad gloriā ordinātur. a scōria peccatorum purgātur cū qua ad gloriā nō intrat. Quae filij dyaboli qui eternis ignibz

reseruāt nō hic puniūt. potius p aliquō bonis que hic faciunt in temporalibz premiātur. Et quia nullum bonū est irremuneratum. hi quod in alia vita sunt pro peccatis accepturi supplicium. aliquoz suoz bonozum hic accipiunt premiū. Et quia nullum malum est impunitū. Illi premiū quod in alia vita sunt accepturi. p aliquibus suis peccatis hic accipiunt punitiō. An in hac vita p sperari est signū pessimum sed affligi et pati est signum optimum. quod ostēdit hominem esse dei filium. vnde dicit Prover. iij. Disciplinā dñi fili mi ne abijcias cum ab eo corripieris. quem enim diligit dñs corrigir. et quasi pater in filio cōplacet sibi. vnde dicit Job. Beatus vir qui corripitur a dño. quā ipse vulnerat et medetur percutit et manus eius sanabunt. Nunquid nō videtis patres carnales de alienis filijs nō curare et p prios castigare. Unde sapiens dicit quod qui parcat dge odit filium. Qui ergo hic a deo nō corripitur. nō dei filius necessario argumento pcluditur. ppter quod dicitur Ia. i. Omne gaudium existimate fratres etc. **Q**uarto quis se esse patrem ostēdit p substitutionē quā filium facit heredem. hereditas nō solum datur extraneis. nō filijs spurij sed legitime natis. vñ dicitur Gal. v. Non erit heres filius ancille cū filio libere et ppterea additū est in themate. Si filij et beredes. In quo ut iam dictum est tangitur filioz remuneratio vel retributio. Est igitur notādum. quod hec hereditas est appetāda ppter summā excellentiam. Nam ppter suā excellentiā pbatur esse nobilissima. ppter summā opulentiā. nā ppter summā opulentiā pbatur esse ditissima. ppter summā leticiā. nam ppter leticiā pbatur esse locundissima. Propter eternā permanentiā quod ppter permanentiā pbatur esse firmissima. Dico quod hereditas illa a deo appetēda ē quod nobilissima. Si enim nobile quid putatur i seculo esse filiū militis. comitis et baronis vel

Hereditas reliqua est appetenda